reddita per constantinum usq; ad ortuȝ bestie maumeth: status
ecclesie periclitatus est ab arrio ꝛ ceteris hereticis: qui euan
gelium ꝛ scientiam xp̄i maculauerūt: nolentes subijci fidei sȝ p
prie opinioni. Sed in hoc decursu licet ioannes uiderit turbā
magnam subiugantem se xp̄o: ex omni populo ꝛ lingua non se
quentem hereses: tamen ad repugnandum heresibus: ꝛ captiuā
dum intellectum ad obedientiam euangelicā non elegit nisi
centum quadraginta quatuor milia signatos euangelica ueri
tate: ex omni tribu filiorum israel: siue iudeis siue gentilibus.
ut patet vijº cº. qui obedientia euangelica precipui captiuaue
runt intellectum suum in obedientiā christi: destruentes omēȝ
scientiam ꝛ altitudinem: extollentem se aduersus scientiaȝ xp̄i
Successit alius status libidinosissimi maumethi duraturus
usq; ad futuras uictorias supradictas gog ꝛ magog: in quo
ne periclitetur uirginitatis gradus elegit centum quadragin
ta quatuor milia: qui empti de terrena contagione cum mu
lieribus non sunt coinquinati: sed uirgines permanentes:
ꝛ in utēo sāctificati mirabili suo exēplo cēteos inuitāt ad itē
gritatis

amoré:quales fuerũt facer ieronym⁹:dñicus ⁊thomas aquinas: clara uirgo:⁊ katerina senẽsis:⁊ reliq futuri nobis incogniti deo autem soli notissimi. Sequetur ergo tertius status in refor matione ecclesie:quo propter pecunias ⁊ uniuersale dominium q̃ꝫ plures auaritie studerent:nisi iam agnus illi statui prouidis set:⁊ signasset ac metitus esset centum quadraginta quatuor milia duces illustres:qui tam preclaro exemplo paupertatis fulgebunt:ut ceteri fideles prouocati:facile diuitias sint comp tenturi:⁊ hoc significat arundinis mensura. Lapides ue ro preciosi sunt particulares duodecim angeli custodiẽtes par ticulariter duodecim dictos patriarchas. Duodecim autem margarite in duodecim portis:sunt duodecim reges precipui catholici in singulis duodecim partibus mundi:quia sicut in qualibet parte mundi erit unus patriarcha:⁊ un⁹ ãgl's:ita un⁹ rex Et ita forma celi noui erit mundus sectus in xij partes .⁊ in qualibet parte erit unus patriarcha:unus rex ⁊ un⁹ cu stos angelus:Et hec dicuntur duodecim tribus suscitate a chri sto israelita uero:⁊ non propagate a iacob:secundum distincti onem probatam a nobis super isaia propheta. Cetera uoca bula explanabimus in littera:⁊ hec sufficiant pro secundo notando. Tertio nota q̃ hec secunda pars huius capituli. explanat formam futuram ecclesie:quia non erit celum ⁊ cum quatuor animalibus:⁊ uigintiquatuor senioribus:sed alio mo do:sicut littera exprimit sic dicens. Et uenit ad me unus de septem angelis habentibus septem phialas plenas plagis no uissimis: Hic fuit angelus europe ut supradiximus: ⁊ forte ip se est michael qui primo apparuit in apulia in monte gar gano:deinde apud tumbas. Et hic locutus est mecum di dicens. Tu uidisti a longe ierusalem christianorum:sed mo do ueni ⁊ oñdam tibi magis in particulari eccl'am spõsã uxorẽ

agni.Et ſubſtulit me in montem magnum ⁊ altum qui eſt
chriſtus ſuper quem fundata erat ciuitas que eſt eccleſia refor
manda.Et hoc mihi uidebatur in ſpiritu:quia corpore eram in
pathmos:ut patet in primo capitulo.Et oſtendit mihi ciuita
tem ſanctam ieruſalem ideſt eccleſiam-deſcendentem de celo
quia tanta reformatio terreſtris a celo ueniet.Et habebat cla
ritatem dei-que eſt diuina illuminatio in credendis-⁊ agendis
Et lumen illius-ſimile lapidi precioſo tanq̃ʒ lapidi iaſpidi:tan
q̃ʒ criſtallo:quia uita illius eccleſie erit precioſa in bonis mo
ribus:aperta ſicut criſtallus in exemplo ⁊ uera ſine ipocriſi ſi
cut iaſpis.Et habebat murum magnum ⁊ altum: quia cuſtodi
etur a magna dei bonitate:⁊ eius alta dilectione. Et habebit
portas xij.que ſunt xij.partes orbis ad xij.uentos celi:⁊ in ſin
gulis portis xij nomina ſcripta ⁊ predeſtinata:que ſunt nomi
na xij tribuum iſrael-ſuſcitatarum a chriſto iſraelita ⁊ non ꝓ
pagatarum a iacob.Nam quia chriſtus eſt uerus iſraelita ⁊ iſrl'
idcirco omnes conuerſi ad ipſum - dicuntur filij iſrael: ſicut
clare probauimus ſuper iſaia propheta.Tota igitur chriſti ec
cleſia erit contenta in his xij portis.Nam in oriente erūt tres
porte que erunt ſub ſolana pars:⁊ euri:⁊ uulturni. Et ita dici
to ab occidente-⁊ auſtro:⁊ ſeptētrione.Atq̃ʒ ita tota eccleſia
implebit xij partes mundi.Et iſta ſic erit diſpoſita:quia murus
eccleſie huius-que eſt diuina cuſtodia:habebit.xij.fundamenta
quia erunt.xij.patriarchatus nobiliſſimi equales:in ſingl'a ꝑte
unus.Et in his erunt.xij nomina apoſtolorum-⁊ agni : quia
omnes erunt ſub titulo alicuius apoſtoli:⁊ romanus pontifex
ſub titulo agni:⁊ ita erit unum ouile-⁊ unus paſtor.Et ange
lus qui loquebatur mecum:habebat menſuram:quia angelus
metitur merita hominum:⁊ preſentat ea ante deum. Et eſt
arundinea aurea: quia tunc erunt merita imitationis aureē

paupertatis christi. Et mensurat murum ⁊ muros: eo ꝙ ille an
gellus uniuersalem ⁊ particularem ecclesie habet administrati
onem. Est enim michael prepositus paradisi quem honorificāt
angelorum ciues. Et tota ciuitas est posita in quadro: ⁊ erit fū
data in sapientia/ ⁊ fortitudine/ in aduersis ⁊ prosperis bis re
plicatis: ut supra exposuimus. Et longitudo est tanta : quanta
de latitudo. tam quo ad quantitatem continuam/ q̄ꝫ discretam
ut ibidem diximus. Et mensus est/ ciuitatem: a porta ad portam
per stadia. xij. Et replicat/ ꝙ in omnibus inuenit tantam lon
gitudinem: q̄ꝫ latitudinem: ⁊ additur altitudo: quia fides: sapiē
tia: ⁊ fortitudo: erunt equalia. Ex quo concluditur: ꝙ si a por
ta ad portam/ sunt . xij. milia stadia: porte aūt xij ergo totꝰ ābi
tus ciuitatis sūt cxliiij milia. stadia siue. cxliiij: milia patriarce
uel homines supremi principales imitatores paupertatis xp̄i.
Et mensura hominis electi ad hunc supremum gradum: est mē
sura angeli siue christi qui est angelus cōsilij. Et structura hu
ius muri siue homines huius electionis: erat ex lapide iaspide
uero non sophico: quia sine ipocrisi bonis moribus fundabun
tur. Ipsa quoqꝫ ciuitas laicorum/ erit similis uitro mundo: qa
uita eorum clara erit. Et erit similis auro mundo per ueram
charitatem: ⁊ non fictam modernam simulatam: Et dicta xij:
fundamenta/ qui sunt xij. patriarce: erunt ornati omni lapide
precioso: quia sicut dignitate ita preciosis exemplis alios excel
lent. Et nota ꝙ isti lapides preciosi/ significant prerogatiuas
particulares: quia licet omnes patriarce sint fundati omni uir
tute : quilibet tamen precellet in una: puta: in primo pa-
triarchatu a premordinio uigebit iaspis: qui acuit uisum: ⁊
significat ꝙ precellet alios in dono spiritus sancti / quod
est sapientia circa cognitionem diuinorum . In secun-
do predominabitur saphirꝰ/ q aufert sordes oculorū/ ⁊ ē donū

intellectus/ad intelligendum humana ordinata.ad diuina/
In tertio uigebit calcedonius/q fugat demões:⁊ é donũ timoris
In quarto precellet donum castitatis significate per smarag
dum:cuius est continentiam conferre: secundum albertum in
minaralibus. In quinto excellet humilitas: quia sardonix/ hu
milem facit ⁊ placidum. In sexto excedet eterne dulcedinis
iterata gustatio:quia sardius gignit gaudium. In septimo/ su
perabit crisolitus/qui ualet contra timores nocturnos:⁊ est do
num fortitudinis dicens:si consistant aduersum me castra : nõ
timebit cor meum. In octauo transcendet donum pietatis:que
promissionem habet uite que nunc est pariter ⁊ future. facit
enim uictorem berillus. In nono patriarcatu lucebit topazius:
qui pugnat contra lunaticam passionem ⁊ precipitationem: ⁊
est donum conscilij. In decimo erit crisopassus/ qui ualet con
tra lepras errorum:⁊ erit donum scientie. Undecimus patriar
chatus excellet alios in roborando membra ⁊ quietando: quia
iacintus hec habet:⁊ est illa beatitudo in hoc mundo/ de qua
christus ait. Beati pacifici:quoniam filij dei uocabũtur. In duo
decimo ametistus est/qui facit uigilem super gregem suum. Er
go bene dicit/ q̃ omnes erunt ornati omni uirtute/ sed unus
alium excellet in aliqua/que per suum lapidem particularem
significatur:quia sicut in celo mansiones multe erunt:ita in ec
clesia preparata ad sponsum/post mortem magog: erit regina
in uestitu quidem deaurato:sed circundata uarietate. Et qa
porte orbis euangelici sunt duodecim idcirco etiam ipse erunt
ornate duodecim margaritis:qui erunt duodecim reges christi
nissimi:in singula parte singulus:⁊ platee ciuitatis que sunt
reliquus populus / erit aurum mundum/⁊ uitrum lucidum:
quia uigebunt uere charitatis perfectione: ⁊ lucidis operi/
bus ac exemplis. Et templum non uidi in ea scilicet : ad
incitandum ad deuotionem quia sẽper erunt incitati q̃ tẽplũ

incitans erit deꝰ omnipotens quo ad diuinitatem, ⁊ agnus. quo ad humanitatem. Erunt tamen templa materialia ad conueniendum cõmuniter: ut laudent ⁊ adorent ibi in ſpiritu ⁊ ueritate. Et ſimiliter non egebit ſole ⁊ luna hoc eſt doctoribꝰ ad remouendas tenebras errorum: quia claritas dei ſiue fidei illuminabit eam: ⁊ lucerna eius in agibilibus erit euangelium agni. Uerumtamen ſicut tunc non erunt templa ad excitandum frigidos, ſed ad communiter conueniendum: ita tunc doctores non erunt neceſſarij ad fugandas hereſes que non erũt: ſed ſolum ad illuminandum ⁊ exponendum ſcripturas ſecũdũ ꝙ agnus immediate dabit doctoribus lucem uere fidei ac ſciẽtie: per quam lucem ambulabunt omnes reges terre: ⁊ afferẽt omnem gloriam ſuam ⁊ honorem in audiendis doctoribus, ⁊ recipiendis illuminationibus: quas agnus per illos doctores effundet. Et porte huius eccleſie non claudentur per diem ſiue tẽpus aliquod: quia nox errorum, ſciſmatum, ⁊ tribulationum ultra non erit. Ratio: quia ibi non flagellat deus: ubi non eſt hereſis ⁊ malitia: Sed deſtructo gog: nullus inquinatus ſciſmate erit in eccleſia reformata: neqꝫ faciens abbominationem maumethanam: aut loquens mendatia iudaica: quia omnes erũt conuerſi qui ſcripti ſunt in libro fidei: ceteris cum magog occiſis: ut ſupradictum eſt. Et ita ſequitur: ꝙ ultima eccleſie reformatio quo ad mores: erit inſtar primitiue tempore miſſionis ſpiritus ſancti: quinimo melior extenſiue: quia non erit in ea ſimon magus: ⁊ faciens iniquitatem. Et ideo reducetur ad conformitatem ſtatus innocentie: ut uni uiro exhibeatur ſpõſa uirgo: non habens maculam, neqꝫ rugam. Et ita finis huius uite coniungetur ſuo principio: ſtatui uidelicet innocentie. Et non loquor de fine huius uite extrinſeco ſcilicet futura beatitudine: ſed de fine huius mundi ante illum. Nam cum iſti duo fines differant pluſqꝫ genere ſicut corruptibile ⁊ incorruptibile

idcirco non possunt cōpari respectu eiusdem circuli. Et idcir co ad litteram exponunt solum illi qui dicunt finem mortalis uite coniungi principio uite eiusdem mortalis: sicut supra intel ligunt litterales cum dicit. Ego sum alpha ⁊ o. principium ⁊ finis effectiue. De fine uero incorruptibili exponitur in sensu anagogico non litterali Queritur .utrum in isto ultimo sta tu omnes sint futuri equales: sicut quidam litterales dixerunt. Et uidetur ꝙ sic. Nā apostolus dicit ad ephesios: ꝙ ipse deꝰ fe cit inequales: ⁊ quosdam fecit apostolos alios doctores ad edi ficandum corpus christiane ecclesie: donec in fine omnes oc curramus in unitatem fidei ⁊ agnitionis filij dei. Sed mortuo antichristo omnes occurremus in unitatem fidei ⁊ agnitionis filij: quia tunc intrabit plenitudo gentium ⁊ omnis israel sal uus fiet .ut idem apostolus predixit quia secundum christum tunc in toto orbe predicabitur euangelium: ⁊ fiet unum ouile ⁊ unus pastor. Ergo tunc edificato corpore christi mistico: non erit diuersitas doctorum: ⁊ pastorum: sed omnes erunt laici ⁊ equales. Et confirmatur: quia ut dicitur in littera: tunc nō ege bunt sole ⁊ luna: sed illuminatione agni. Ergo agnus immedi ate reget: pascet: docebitq; fideles. Ad hoc sine dubio dici mus: ꝙ in illo uno ouili futuro: erit diuersitas statuum: digni tatum: ⁊ perfectionum. Primo: quia ut dicitur in littera: chri stus erit ei finis: sicut fuit principium. Sed primitiue ecclesie christus fuit principium dando quosdam doctores: alios aplos alios pastores: alios euangelistas: ut patet ex toto nouo testamē to. Igitur talis erit finis ecclesie sancte: cum diuersitate gra duum ⁊ dignitatum. Secundo quia ipse deus sicut huius ui te fuit primus institutor: ita nouissimus emēdator: ut in littera expositum fuit. Sed institute prime innocentie non fuissent omnes equales: ut communiter tenēt theologi: maxime nr̄ aq nas in pma pte. q. noāgessiā vi. arꝰ iijꝰ Ergo in nouissiā rductōe

ad cõsimilem statum: non omnes erunt equales. Tertio ec clesia militans in terram: imitatur ecclesiam triumphantez in celis: ut ait beatus dionisius: de ecclesiastica ierarchia. Sz una magna perfectio triumphantis est quia in ea sunt mansiones multe inequales. Ergo ita erit in ultimo statu ecclesie militan tis. Et confirmatur: quia fundamenta illi⁹ ecclesie erunt. xij. la pides: qui. xij. dignitates ⁊ gradus significant. Sed illi sunt di stincti coloribus ⁊ preciositatibus Ergo illa unita eccl'ia-erit una in uestitu de aurato fidei: sz circunamicta uarietatibus do norum ⁊ graduum. Ad primum dicendum: q̄ hec dictio do nec significat cessationem ut dicebat eliudius. Sed ut dicit ieronymus contra eum: cessatio est duplex. Una a toto. Alia abesse incompleto ad perfectius. Exemplum de cessatione a toto esse: sicut dicendo. Ego ieiunaui donec ad nonam pul saretur: Significauit. q̄ adueniente nona cessaui a toto ieiunio ad commestionem. Exemplum de cessatione ab esse in comple to est illud. Sede a dextris meis donec perdam inimicos tuos: Non enim significat: impera mecum donec perdaz gog-⁊ ma gog-⁊ tunc cessa ab imperio: quia esset heresis. Sed sic exponi tur. Impera mecum imperio afflicto in completo bellãdo: quo usqz ponam inimicos tuos gog ⁊ magog scabellum pedum tu orum: ⁊ deinde complete ac pacifice imperabis mecum. Simil'r exponitur illud: factus est obediens usqz ad mortem: ubi non in telligitur q̄ post mortem cessauerit eius obedientia ⁊ sit effec tus rebellis: sed q̄ usqz ad mortem obedientia fuit mixta labo rib⁹: a qua ad maiorem obedientiam est deductus premij ⁊ glo rie. Similiter expone illud. Joseph non cognouit eam: donec peperit: ergo cognouit eã postq̃z peperit: sz dicito ãte nõ cogno uit eam. cum admixtione cognoscendi post partuz: sed post eti am non cognouit eam perfectius: non audens ei commisceri: quam matrem dei cognoscebat. Et ita expone auctoritatẽ ap'li q̄ pastores: ⁊ doctores: dati sunt in edificationem corpis xp̄i

tribulati / ꝛ diuisi sub forma quatuoꝛ animalium: ꝛ xxiiij. seni
orum: contra bestiã bellantium: ꝛ hoc durabit sub hoc esse inp
fecto / donec occurramus omnes unitatem fidei: ꝛ celum pmũ
abibit: ꝛ terra iam non erit sub hoc tristi esse: sed ad meliorem
formam perueniet sub foꝛma duodecim poꝛtarum ꝛ. xij. funda
mentorum: ꝛ. xij. margaritarum: ꝛ eorum que supꝛascripta sunt
Alia ratio soluta est in littera: quia non egebunt ad fugatio
nem erꝛorum: sed ad illuminatoꝛum pꝛofectum ꝛ augumentum
quia in illo statu erunt incipientes: proficientes: perfecti: non
tamen recidiuantes: Et hec sufficiant pro presente capitulo.

Capitulum ultimum. de uita ꝛ moribus
ecclesie iam refoꝛmate.

T ostendit mihi flumẽ aque uite. ꝛc̃ Ordinatis iã
regnis ꝛ pontificatibus precipuis. xij. in uniuerso
mundo qui sunt. xii tribus israelite xp̃i: nunc in hꝰ
ultimo capitulo facit tria. Primo ponit mores illius ecclesie
Secundo replicat quedam supradicta ibi. ꝛ dixit mihi.
Tertio ponit ecclesie preparate desiderium: tam primitiue q̃ꝫ
intermedie ꝛ ultime. Ibi. Et spiritus: ꝛ sponsa. Primo igit̃
ponit mores ecclesie ultime ad similitudinem status innocen
tie. Ubi nota secundum doctores: qꝫ in statu innocentie fuit
gratia iusticie originalis / qua uoluntas hominis fuisset deo sem
per inherens per charitatem / ꝛ pximo per dilectionem. Et ideo
opera eius fuissent meritoria: ꝛ edificatoria: ꝛ stabilia: Et simi
liter in illa ecclesia erit baptizatis hoc donum: ꝛ ita mores
eius erunt compositi beate / tam in contemplatiuis q̃ꝫ actiuis
ꝛ sic legatur littera. Et angelus ostendit mihi flumen aque
uite / que est baptismus: procedentẽ a throno dei / cuius uirtute

remittitur peccatum originale: ⁊ a throno agni cuius sangui
nis uirtute ac passionis habet institutionem ⁊ efficatiã: ut di
cunt doctores super quarto sententiarum: Et est splendidum
tanq̃ cristallus: quia corpus tangit: ⁊ cor abluit: ut ibidem di
citur. Hic est impetus illius fluminis: qui totam ciuitatem eccle
sie letificat: ut ait dauid psal°. xlv°. Et lignum uite quod est
charitas infusa: est in medio platee ecclesie quia erit indelebi
liter impressa cordibus fidelium. Et est ex utraq̃ parte fluminis
quia ex una parte erit aqua amoris dei salientis in uitam eter
nam: ex alia parte erit amor proximi: quẽ diliget tanq̃ seipsũ
Iste sunt due partes uere aque: de quibus christus testimonium
perhibet dicens. In his duobus mandatis: tota lex pendet: ⁊
prophete. Et facit fructus. xij. per singulos menses: quia omni
tempore consequentur. xij. fructus charitatis: quos apostolus
ad galathas v° enumerat: qui sunt gaudium: amor: pax: pacien
tia: benignitas: bonitas: longanimitas: mansuetudo: fides: mo-
destia: continentia: castitas. Et folia eius que sunt aperta exem
pla charitatis: erunt ad sanitatem gentium: cum alter accẽdet
⁊ inflammabit alterum. sicut. carbo carbonem. Et ita non erit
ultra maledictum ⁊ pronitas ad malum: sed ad bonum. Erit
merum imperium ⁊ sedes agni: non cõmixtum uitijs: quia sem
per uidebunt faciem dei: quia uidebunt ⁊ studebunt sẽper scri
pturis quibus relucet facies ⁊ uoluntas dei. Et habebunt scri
ptum in frontibus suis nomen eius: quia sẽper studebunt aper
te: quomodo placeant creatori. Et ñ erit ultra nox eroris neq̃
egebunt lumine lucerne humano indito. neq̃ lumine solis ac
quisito per studium philosophie: quia dominus deus illumina
bit illos lumine infuse fidei ac doctorum: ⁊ regnabunt in se-
cula seculorum: quia in hoc mundo ⁊ in alio. Hec est igitur p̃
ma pars capituli q̃ omnes mores eorum bene ac beate a spiritu
sancto instituti erũt. In secunda parte epilogat multa que
supradixit. Primum est q̃ angelus sibi dixit. O ioannes hec

uerba siue decreta adeo sunt tam fidelia q̄ꝫ uera. Fidelissima q dem: quia fideliter a me tibi recitata-ut deus me docuit. Uera autem: quia implebuntur sine diminutione aliqua: successiue n̄ simul. Secundum est: ꝙ dominus deus misit in hoc libro spiritum prophetarum ueteris testamēti: quia deus uoluit hic colligere que sparsa erant in ueteri testamento: de statu ecclesie messie: ⁊ misit angelum suum ostendere seruis suis christianis: quoniam illa oportet cito incohare: quia ego ioannes uenio cito ad incboandum: quia sub sancto ioanne ceperunt heretes ⁊ scismata ecclesie: ut patet tam in epistolis canonicis q̄ꝫ cronicis. Tertio replicat ꝙ beatus est qui legit -⁊ qui audit uerba prophetie huius. Et rationem assignauimus in prohemio huius editionis. Quarto replicat ꝙ uoluit exhibere reuerētiam angelo: quod prohibuit. Et exponatur ut supra capitulo xix.º Quinto: quia iam preuidebat iminere ecclesie scandala ⁊ ꝑsecutiones: idcirco ne horuꝫ euentu scandalizarentur-sꝫ prescirent preordinata a bono gubernatore deo: ait. O ioannes: caue ne occultaueris uerba huius sancte prophetie: quia cito incboabuntur omnia. Interim uero sciant duo. Primum quidem ꝙ in ecclesia ante reformationem erit zizania mixta tritico: ut qui nocet modo per hereses ⁊ persecutiones: nocebit etiam in posterum. Et qui sordescit modo uitijs ⁊ scismate: et in posterꝫ sordescꝫ q: a tp̄e sancti ioānis ꝑsecutōes ⁊ scismata creuerunt- ⁊ crescent usqꝫ ad reformationem ultimam post occasum magog. Et ne putes ꝙ zizania suffocet triticum: ait. Et qui modo ē iustus ⁊ fidel latinus etiā in posterū fidē seruabit q modo est sanctus per ueram sacerdotij sanctam in unctionem: etiam in posterum uero ac sancto pontificatu sanctificabitur.. Sexto ait: ꝙ cum uiderint hec mala ⁊ bona mixta: non dubitent ecclesiam diu agitatam ad summum leuandam: ⁊ zizaniam euellendam ex toto. Ideo sic legatur littera. Ego sum alpha. ⁊. o. .i. prim⁹ qui creaui adam: ⁊ ultimum electum. Ego sum primus

mundi rex sine contradictore: ita ero nouissimus ecclesie rex pacificus. Ego fui initium innocentie: ita ero finis reducendo ecclesiam ad innocentiam. Ideo beati erunt homines illius tē poris qui lauant prolauabunt ꝛ dedlbabunt stollas suas in sā guine agni idest in baptismo habente efficatiam in sanguine agni: quia habebunt potestatem ligni uite·eo ꝙ erunt pleni charitate sine uitijs: ꝛ item intrabunt in monarchiam nuiuersalem per omnes partes mundi·eo ꝙ omnes erunt christiani boni: preoccisis ꝛ eiectis cum gog omnibus persecutoribus: ꝛ ita granum colligetur in horreum ecclesie christi: ꝛ a messoribus colligetur zizania ad comburendum cum magog: ꝛ eijcietur foras ecclesiam turci ꝛ infideles omnes·qui sunt canes cōtra christianos: ꝛ ad litteram sūt ueneficij: impudici: homicide ꝛ idolatre blassemantes christi diuinitatem·ꝛ facientes mendacium alcorani. Et ne uos o christiani scandalizemini futuris malis: idcirco ego sponsus uester·ante tempus misi angelū pre nuntiare hec ecclesiis omnibus. Similiter ne dubitetis de tanta luce post diuturnas tenebras: reminiscamini quia ego sū de genere ac radice dauid: ac per hoc sicut ille non uenit ad regni pacificū statuū: nisi expulsꝰ sepea saule·ꝛ filio ꝓpo·ꝛ lōga concertatione lacessitus: ita ego uobiscum non ueniam ad uniuersalem monarchiam: nisi primo ecclesia sit martirizata: ab hereticis discissa: ꝛ a saracenis longa concertatione lacessita: ꝛ tunc ponam inimicos meos scabellum pedum meorum. Reminiscamini quoq; quia ego sum stella splendida matutina: qui mane constantini persecutores straui: ita uesperi omnes sternā inimicos. Ego sum stella illa: de qua numeri libro scriptum est Orietur stella ex iacob: ꝛ exurget uirga de israel: ꝛ percuciet duces alienigenarum: tam turchorum·ꝛ saracenorum: q̄z omnium ecclesie mee hostium: ꝛ hoc de secunda parte capituli.
In tertia parte ponit desiderium christianorum. Et primo coꝝ

qui tunc erunt reformati:qui desiderabunt futuram uitam pre dulcedine dei:dicens. Et spiritus siue affectio:ꝛ sponsa illa reformata dicat:pro dicet. Ueni domine iesu ad iudiciuȝ:quia nihil aliud restat: Deinde exprimit desiderium nostrum: qui quanto desiderio expectamus uictorias futuras:ꝛ reformationẽ ipsi nobis testes sumus. Et de his ait. Et qui audiet tam ꝑclaras futuras uictorias:dicet christo. O domine iesu:ueni cito cuȝ exercitu sancto. Tertio ponit desiderium eorum qui erãt futuri sub constantino:qui iam habentes totum orbem:desiderabant conseruari in gratia. Et hoc est quod ait. Et qui sitit gratiam:ueniat ad christum:ꝛ accipiat aquam uite gratis quia nõ pretio emitur:sed sola uoluntate bona. Ceterꝫ q̄ iam suo tẽpore erant heretici qui corrumpebant apostolicos codices: ut patet ex euangelijs ꝛ epistolis eis attributis:idcirco subdit in precationẽ contra eos:qui hanc sãctã ꝓphetiã corrupturi essẽt dicens. Ego ioannes:contestor omnibus huius sancte prophetie corruptoribus hoc modo. Si quis apposuerit contrariuȝ ad hec falsificando ea:apponet illi deus plagas que sunt scripte in libro hoc. Et si quis diminuerit maliciose subtrahendo aliquid de significato littere :uel negando:uel occultando ipsam que facta est ad consolationem fidelium ne scandalizentur in perturbato statu ecclesie :auferet ei deus partem de ciuitate sãcta ne computetur christianus:ꝛ de libro uite fidei ut computetur infidelis:ꝛ de his que sunt scripta in libro isto bona anime ꝛ corporis abscidetur. Et iesus qui est horum iudex ꝛ testis:confirmat hanc sententiam dicens. Etiam uolo ꝛ ita fiat. Ultimo exprimit desiderium totius ecclesie:põnes primo christum ita eam allicentem. O ecclesie mee:ecce uenio nunc ad inchoanda flagella uestra:ut ultimo tempore uos emendatos exaltem in monarchiam ultimam orbis. Cui ioannes in persona totius ecclesie:respondit dicens. O domine iesu uẽi: ꝛ inchoã

media: termina que decreuisti bona ecclesie tue sancte. Et concludit epistolam ioannes: dicens: Gratia domini nostri iesu christi: sit cum omnibus uobis amen: que uos preueniat: cōcomitetur: & prosequatur ad dei uoluntatem exequendam: qui de proximo inimicos suos scabellum pedum suorum positurus est: triumphaturusque in sanctis xpianis in secula seculorum. Amē

Explicit secundus tractatus: qui est de futuris triumphis secundum litteras diuinas: nunc incipit secundum astronomos.

Incipit ultimus tractatus: qui est de imperio turchorum secundum astronomos: eiusdem magistri ioannis: qui supra.

f Ere octo anni elapsi sunt: quibus legi genue tractatum sequentem: quem dedicaueram domino nicolao pistoriensi: sancte romane ecclesie cardinali: theano uulgariter nuncupato: distinctum per sequentes conclusiões

Prima conclusio.

Ei prouidentia de lege communi gubernat hec inferiora corpora: mediante syderum influxu. Hec conclusio sic probatur. Omne multipliciter uariatum & difforme: reducitur ad simpliciter inuariabile & uniforme per media minus uariabilia & magis uniformia: secundum aristotilem cum non sit transitus de extremo ad extremum nisi per media de lege communi. Sed hec corpora inferiora: sunt simpliciter mutabilia & difformia: deus autem simpliciter immutabilis & uniformis: corpora uero celestia neque simpliciter mutabilia neque simpliciter difformia. Quare corpora inferiora: de lege cōi

reguntur adeo mediante influxu celesti. Hec est conclusio et ratio beati thome in iij° cōtra gentiles: et q. disput. de ueritate ac etiam prima parte questione uigessima secunda articulo tertio. Et in corpore questionis dicit: quod exequutio diuine prouidētie per media non est propter defectum sue uirtutis: sed magis propter abundantiam sue bonitatis: ut communicet creaturis dignitatem causalitatis. quia bonum est sui ipsius diffusiuum in alios ut ait dionisius. Augustinus quoque tertio de trinitate ait. Corpora hec inferiora et trassiora: per corpora subtiliora et potentiora: quodam ordine aguntur. Et dionisius viij° capitulo de diuinis nominibus ait. Radius solaris generationem uisibilium confert ad uitam: uomet: nutrit: et auget. Et augustinus quinto de ciuitate dei ait. Non usquequaque absurde dici potest ad solas corporum differentias: afflatus ualere sidercos. Et damascenus in secundo sententiarum suarum. ait. Alij et alii planete diuersas complexiones. habitus. et dispositiones: in nobis constituūt. Et hoc modo corpora celestia agūt in libertatem nostram inclinando solum per diuersas dispositiones et non necessitando: eo modo quo ait aristotiles in secūdo de anima. Molles carne: aptos mente dicimus. Similiter intelligitur uerbum. xxxviii. centiloquij dicentis. Cum fuerit mercurius in natiuitate alicuius in aliqua domorum saturni: et ipse fortis in esse suo: dat bonitatem intelligentie in rebus medullitus. Hec beatus thomas tertio contra gentiles a capitulo octuagesimo usque ad octuagesimum quartum per totum.

Secunda conclusio

Ei prouidentia: gubernat corpora celestia et omnia uisibilia: per angelicam creaturam: de lege cōi:

Hec conclusio probatur sic. In essentialiter ordinatis. semper minus dependet a nobiliore. Sed corpora celestia ⁊ alie creature ⁊ angeli essentiales sunt partes uniuersi. Igitur omnes creature uisibiles ignobiles. reguntur a nobilissima natura angelica. Ea ratione coacti philosophi. posuerunt intelligẽtias mouere orbes. Et hoc asserit cum alijs theologis gregorius. in. iiij dialogorum dicens. Nihil in hoc mundo uisibili. nisi per inuisibilem creaturam disponi potest. Et augustinus tertio de trinitate ait. Omnia corpora per spiritum uite rationalem reguntur: ⁊ spūs rationalis peccator⁹ per spm̄ uite rationalẽ iustum. Hec noster aquinas tertio contra gentiles capitulo lxxvi ⁊ lxxx°. Et in questi. disput: de uerita. q. v. arti⁹ octauo. Ex hac conclusione sequitur. ꝙ qui iudicat per motus sidereos nõ peccat: imo fit ne dum astrologus sed optimus theologus: qui iudicat executionez diuine prouidentie de lege cõmuni. nec hi uocantur mathematici ab ecclesia: quos ẽt iam astrologia reꝓbat ut probauimus in nostro opusculo de celaturis gemmarum.
Et hac uia reprobi sunt omnes qui latrant contra scientiam litteralem astrologiam: qui semper sunt adiscentes: ⁊ numq̄z ad ueritatem peruenientes ut ait apostolus: qui cum nihil de mathematicis: tum uel maxime de phisicis ⁊ theologia nihil nouerunt: nisi quedam communia ⁊ confusa.

Tertia conclusio:

n On repugnat fidei dicere deum̄ punitiones hominum facere in peste fame ac flagellis infidelium: per influxum stellarum ⁊ angelorum. Nam ut dicitur in libro sapientie: deus armat creaturam in ultionem impiorum. Et hoc modo dicit albertus in libro de causis diluuij ⁊ inundationum ꝙ non est impium imo uerũ dicere: q⁹ diluuium a causis naturalibus: que fuit coniunctio ponderosorum precedens diluuium per. cc. lxxix. annos. Et in hoc

apparet mira dei sapientia: que aptauit motus celestes tali pro portione: ut eo tempore inducerent uindictam: quo presciebat homines mereri: Et ita diluuium processit ab eterna prouidentia: et temporali: exequtione celorum : Et quia celestis influxus ad pluuias: ab alchabitio et astrologis uocantur ualue siue cataracte celi: idcirco moises edoctus astrologiam: uocabulo naturalis influxus usus est dicens. Et cataractere celi aperte sunt. Ex quo sequitur: quod sicut diuina prouidentia de lege communi preordinauit malos influxus ad ultionem impiorum ita bonos preordinauit ad premium bene ac iuste uiuentium.

Quarta conclusio

Ecclesie regnum: et si specialiter spiritu sancto regatur: tamen peccatis exigentibus pro emendatione relinquitur celestibus influentijs malis. Hoc licet probetur ex precedente conclusione: tamen ex diuinis litteris fortius roboratur: quando angeli de babilonia dicunt ieremie. li. Curauimus babilonem: et non est curata. Derelinquamus ergo eam. Et isaie quinto capitulo dicit deus. Auferem sepem eius israel: et erit in conculcationem. Et beatus thomas prima parte. q. c. xiij. ar. sexto ait. Angeli dicuntur non custodisse israelem et babilonem: quia non obuiauerunt quin tribulationibus subiacerent: et ita relinquuntur comuni legi dei: que per angelos: stellas: demones: et tiranos exercetur.

Quinta conclusio

Ussu dei celestis leo influit turcis et christianis. Primum patet: quia albumasar de coniunctionibus magnis tractatu quarto de climatibus ait: Leo habet ex terris locum turchorum et desertum eorum. De christianis dicit ptolomeus secundo libro: quadripertiti capitulo tertio Generaliter inquit triplicitatis orientalis : dominatur

quarte occidentali: ut sunt britones:germani:itali:galli:torini ispani: Torini sunt ungari. Et propter stellas dominatrices q sunt iupiter:mars ↄ saturnus:accidit ut nō humiliētur: ↄ liber tatem appetunt ↄ arma cuncupiscunt: ↄ sint bellicosi periti re giminis nitidi ↄ mundi. Et regiones subiecte leoni sunt apulia:italia:gallia:sicilia.hec ibi.

Sexta conclusio.

L Eonis prima medietas deseruit turcis. Secunda uero christianis: Hec conclusio probatur. Quia pma medietas illuc influit:quorsum tendit: ↄ similiter secunda. Sed prima uergit uersus cancrum ↄ septentrionem.secunda uersus uirginem ac meridiem. Igitur prima deseruit septentrionali regno:secunda meridiano. Sed sedes regni turchorum est andrinopolis seu constantinopolis que est septētrionalior respectu sedis christiane que est roma. Ergo prima pars est turchorum:secunda christianorum.

Septima conclusio.

o Rbis maximus dominatur mille annis. Hoc patet per ascensiones facierum signorum secundum ptolomeum: alboali: ↄ indos:qui fuerunt ante eos ↄ xp̄m. Ubi nota qꝫ quelibet facies signi dominatur mundo annis tricentis.triginta ↄ quatuor mensibus: ↄ ita totum signum dominatur mile annis:in quibus apparet effectus signi ↄ faciei. Unde in primo milenario mundi in quo dominatus est aries ↄ mars:inuenta est ars fabrilis a tubalchaim: ↄ rapine homicidia ↄ stupra a caym. Nam sub marte sunt ista.. In secūdo milenario taurus cum uenere dominabatur ↄ tunc post diluuiuȝ uinee:fructus:agricultura: ↄ edificia: ↄ turris babel constructa fuit a nēbrot: ↄ uinea ā noe:q̄ omnia sūt sub tauro ↄ uenere. In tertio milenario :regnauit mercuriꝰ ↄ gemini.sub quo fuerīt

doctissimi philosophi:legiste: geometre ꝛ huius: qualis fuit moises:mercurius termegistus:solon:pictagoras:ꝛ ceteri sapien tes. Quarto milenario fuit cancer:sub quo sunt naues ꝛ aque sub quo xerses mare nauibus constrauit. Quinto milenario fu it leo:sub quo sunt potentiora regna/ꝛ dominia:in quo roma ni orbem domuerunt. Et in principio sexti milenarij fuit pri/ma facies uirginis:sub qua fuit pax uniuersalis: subtilitas in/genij:ꝛ apparitio christi. Unde indicebant: teste ptolomeo/ꝛ albumasar. Ascendit in prima facie uirginis uirgo/ immacula ta corpore:uultu decora:puerum lactans:ꝛ dat ei ad comeden dum ius. Nam secundum orosiū/ꝛ translationem.lxx. interptū ꝛ eusebium:anno mundi quinq; milibus/centesimo nonagesi/mo nono:qui fuit octauiani annus quadragesim⁹ secūdus/na tus est christus:ꝛ tunc peruenit profectio facierum ad sextum gradum uirginis:in quo ascendit dicta uirgo/ut dictum est. Et quia eo tempore ibi erant due ale uirginis de natura mer/curij ꝛ martis pfecto significabatur ex figura alata/q religio christiana inclinaretur ad eleuationem mentis ꝛ religionis:ex mercurio uero ad profunditatem scientie:ꝛ ex marte ad cōstā tiam martirij:quod sub herode ab innocentibus cepit:qui ut ait beda in omelia eorum:futuram christianorum cedem: mar tirumq; stragem significauit. Et circa mundi annos quinq; milia septingentos:uenit profectio ad tertiam faciem uirgi/nis:in qua ascendit mulier alba/ꝛ compta: sed surda :in qua preualuit pseudo propheta/ꝛ bestia effeminata septa mau/methi:que in primis ornatui ꝛ libidini uacat: ꝛ deinde est surda nolens rationes audire:sed gladio legem deffensare iubens ; Nec sic de uaritate religionum ꝛ christi nati uitate iudicare /est contra fidem/ ut quidam in considera te pronuntiant:quia propter hoc christ⁹ ñ fuit stellis subiect⁹

sed libere ab eterno stellarum influxum hunc ordinauit ⁊ ele-
git-sub quo carnem susciperet:⁊ fidem summam predicaret.
nec propter se hoc elegit-sed propter nostram salutem:ut nul
la hominibus esset excusatio ad credulitatem:quibus etiam fa
uebant celi iussu dei.

Octaua conclusio:

o Rbis magnus dominatur.ccc.lx.annis. Et dicitur
magnus ad differentiam orbis maximi precedetis
Et hec conclusio probatur ex hali-⁊ alijs facietib⁹
directiones a diluuio

Nona conclusio:

s Unt.C: lxxi:.annus quo dominium cepit ab orbe
magno in leone:⁊ restant nouez anni:quo incipiet
profectio ad secundam medietatem leonis. Prima
pars probatur ex hoc-q⁹ de orbe magno iam copleti sunt .xiij
orbes:atq; ita totus cancer est completus. Item ab illo tempor
usq; ad hunc presentem annum salutis.M.cccc.lxxi.restant de
orbe leonis .C.lxxi.annus.Ergo iam sunt .C.lxxi.annus quo
post cancrum orbis leonis cepit. Secunda pars conclusio-
nis probatur ex hoc-q⁹ medietas orbis magni est centum oc
toginta annorum.Sed iam de leone transierunt centum sep-
tuaginta unus annus..Ergo restant nouem anni quibus com
plebit pma medietas Et iam imperiu horum turchorum cepit
iam sunt centum septuaginta unus annus:in quo peruenit di-
rectio facierum ad locum in quo ascendit uir uehemens arcu
utens ⁊ nudus:qui est imperium ipsorum arcu utentium:⁊ de-
nudandoroum sub septimo rege:ut in apocalipsi exposuimus.

Decima conclusio.

Quo: turcoꝝ icipiet decrscē āno salutis.M.cccc.lxxx.

⁊ incipiet paulatim deuolui ad chriſtianos: Hec concluſio ꝓ
batur duplici uia. Primo uia naturali ſic. Anno dicto comple
tur prima medietas leonis: ⁊ anno ſequente: ſ. M°. cccc°. lxxxj
incipit alia: ut ſupra expoſitum eſt. Sed prima medietas eſt tur
chorum: ſecunda chriſtianorum, ut ſupradiximus. Ergo fauor
turchorum incipiet decreſcere circa dictum tempus: ⁊ fauor
chriſtianorum incipiet expergiſci ⁊ ſuſcitari. Secundo proba
tur per ſanctam prophetiam euangeliſte ioannis quam ſupra
expoſuimus apochalipſis capitulo xvij°. ꝙ ſub filio huius turci
ceſſabit eorum imperium. Sed iam huic rei ſumus propinqui
quia ut euidentia facti oſtendet: erit iam huius turci uita bre
uis: Ergo circa dictum tempus fauor latinorum incipiet creſce
re. Nec ſtupor ſit aduentus eius in apuliam: quia prima uia ſa
lutis (quod minime reris) graia pandetur ab urbe. Puto enī
ſicut excidium troie primū ab apulis uenit: ita turchorum exci
dium ab apulie principe inchoabitur: ut publice, ⁊ legi genue
⁊ ſcripſi ad eundem dn̄m cardinalem: in cui⁹ iudicij copijs pu
blicis hoc etiam additum eſt ⁊ publice lectum: ꝙ ſi uita cõco
mitabitur glorioſo regi ferdinando: clarior euadet alexandro
Hec non ſunt nouiter pronuntiata: ſed pulice ſcripta: ⁊ lecta
a me. M°. cccc lxxi°. in eccleſia noſtra in lectione publica: ut te
ſtis eſt fere tota nobilitas genue. Hec autem beatiſſime pater
ac inclyti reges, ⁊ illuſtres ſenatus replico: ut accenſis ani
mis magis intruculentiſſimum hoſtem chriſtiani nominis in
ſurgatis. Neq; tam fidei: q̄ regum ⁊ nobilium hoſtis eſt
dicendus. Non enim uilium capita ſitit: ſed decolat reges
truncat principes: eorum theſauros ſubripit: ſenatuum erra
ria publica gemmaſq; predatur: nobilium uxores ⁊ filias
ſtuprat: ⁊ lupanarij infamia polluit. Nolite ..o

xp̄ianiſſimi reges/ac principes/⁊ clari ſenatus opinari/q̄ res
pontificis ⁊ fidei agatur:ſed magis ueſtra; Quod profcō intel
ligeritis:ſi exempla patriarum quas cepit ante oculos ponere
tis. Neqꝫ enim uobis minora inferet ſupplicia/et rerum ueſtra
rum/non minores concedet rapinas: aut ſtupra minora ante
oculos filiarum ⁊ uxorum ueſtrarum: q̄ꝫ in ceteros reges/princi
pes/patritios/⁊ ſenatus effecerit. Cur igitur in iram cōtra ho
ſtē generis humani:imo cōtra hoſtem regum ⁊ nobilium: non
conſurgitis? Cur moramini ultionē fidei:⁊ ſāguinis nobiliū
chriſtianorum? Cur legationes ueſtras:cum oliuo pacis nō cō
mittitis? Forte terret uos frequens eius uictoria? Sed olim cō
tra feminas grecos pugnauit:quibus deus erat iratus ob here
ſim. Nunc cum uiris ſibi conſerendum eſt:qui nauiculam ſanc
ti petri fluctuantem iuuant:quibus preſto eſt ſaluator. Sed for
midatis forte diuitias eius? Eya agite milites chriſti:ille poti⁹
uos accendant:quoniā chriſtianis noſtris ſubripuit. Non enim
ut ioannis ſancte prophetie accedamus/non inq̄ꝫ ei deus here
ticorum regna diuitiaſqꝫ conceſſit/ut poſſideat/ qui eſt in inte
ritum cito iturus:ſed ut gemmarum ⁊ lapillorum illorum ſplēdorē
diuitiaſqꝫ cuſtodiat uobis chriſti pugnatoribus:qr diuitias q̄s
deuorauit euomet:⁊ imperia/prouintiaſqꝫ inuitus uobis reſti
tuet. At forte multitudinem exercitus ⁊ apparat⁹ ei⁹ timetiſ?
Sed ſi hoc athenienſes/aut alexander timuiſſent:neqꝫ atheni-
enſeſ infinitam claſſem xerſes potentiſſimi deleuiſſent. neqꝫ ale
xander innumeraſ darij copias ſtrauiſſet/aut monarchiam eius
potentiſſimam euaſiſſet. Non enim eſt in multitudine uictoria
belli/inquit preclariſſim⁹ hebre⁹. ille imperator iudaſ ma-
chabe⁹: ſed a celo eſt/⁊ animi uirtute. Sūpt⁹ in quis deficiūt
annui. Sed dabūt ex hoſtium preda. Nam boni imperatoriſ
eſt ſumpt⁹ militib⁹ dare primoſ. deinde ad hoſtium predam

allicere-animosq; accendere:sed nō ante pāce uacare-q̄3 bellū sit cōfectū:primis agressoribus dona largiri:captis patrijs ut sub dictis mulcta imponere. His artibus alexander magnus his artibus gotfridus de billon dux lotoringie-post occasū sui exercitus in pōto:his artibus hic turcbus:his tandē ⁊ uos artibus-uos uestrosq; ditatibitis:animos militū accēdetis: aduersarios ne dum territabitis:sed etiam debellatutis:⁊ modicis sūptibus expeditiones maximas cōficietis. Tātū sit uobis anim⁹ ⁊ de⁹ q pollicetur uictoriā uobis pſto erit. S3 dissidia nr̄a dicetis obsunt. Equidē non prosunt. Sed celerrime ea finietis:si legatos ad pontificē mittetis cu3 plena auctoritate:ut simul omnes sorte data eligāt impatorē cōstantinopolitanū:cui oēs fauēāt:crucē p eo in turcbos pdicet:q capta constātinopoli-genuensibus ac uenetis adiutoribus-q̄ ante sua fuerāt reddat:⁊ cetera pacis iuuamina offerat. Nā ut ait phūs in xi⁹ metbaphisice pluralitas principatuū cū sit mala:un⁹ oportet sit princeps ad res oēs bene disponēdas. Ergo neq; xp̄iani bene conueniēt nisi unū orietis impatorē unanimes:siue electione libera-siue sorte posita ex deo eligant:in quē totius orbis oculi cōiectēt. Hec sunt beatissime pater-⁊ xp̄ianissimi reges ac senatus: que deus iussit ut scriberē:in quib⁹ siquid dictū ē qđ placeat: sit ad laudem dei de pximo triumphaturi de infidelibus. Si quid uero minus erudite platū est: uos uestra innata bēignitate ueniam concedetis. Uobis uero ⁊ futuro impatori orientis:deus ipse unionem:pacem:⁊ uictoriam concedat in euum. Amen

Ex genua. M°. cccc°. lxxx°. die. xxxi. martij in sabbato sancto completum: Impressum genue code3 anno. die. viij. decēbris

Explicit opus. Magistri Joannis nannis de futuris xp̄ianoꝝ triūphis in turcbos ⁊ saracēos. Ad beatissimū pōtificē maximū:sixtū q̄rtū. Et r̄ges p̄ncipes ac senatus christianoꝝ

